ILLUSTRIS ET GENEROSUS DOMINUS

D. HIERONYMUS VAN BEVERNINGK,

TEYLINGÆ TOPARCHA, IN CONSESSU D.D. ORDINUM GENERALIUM ASSESSOR;
FŒDERATI BELGY EXTHEZAURARIUS; REIP. GOUDANÆ EX CONSUL; LYCÆI BATAVI
CURATOR: VARYS PRO PATRIÆ SALUTE ET PACE NEGOCIATIONIBUS CONSPICUUS.

AD BATAVIAM.

Adſpicis auguſtos nitida ſub imagine vultus:
Iſta Beverningi ſunt ſimulacra tui.
Hic eſt ille tuos inter, mea Patria; Patres
Luctanti requiem qui tibi ſæpe dedit.
Cujus ad eloquium toties ſtupuere Monarchæ,
Inque uno totam te tenuere viro.
Albionum teſtis Thameſis regnator aquarum;
Teſtis olivifero flumine dives Anas.
Teſtis Aquisgranum quæque eminet alta ſuperbis
Mænibus, Auriaci Breda Deumque domus.
Quique ſuo Batavos Vahalis lavit agmine muros,
Et quæ vicino Clivia nixa jugo.
Quæque jacet longo porrecta Colonia Rheno;
Et, Lodoice, tuo Wettera trita pede.
Quas tibi pro meritis referet pia Patria grates,
Magne Vir, Europæ deficientis amor?
Quanquam tecum habites, nec te quæſiveris extra,
Cum ſtaret titulo fulta potente domus:
Quanquam malueris proprio ſplendere decore:
Eſt aliquid, cives demeruiſſe ſuos,
Et pacem ſanxiſſe, et conſuluiſſe ſaluti,
Atque orbi reduces conciliaſſe Deos.
Gramen amet Mavors, et ſparſas ſanguine lauros.
Mitis pacifico creſcit oliva tibi.

Maes pinxit. *A Blooteling fecit et ex. cum Privilegio.* *JANUS BROUKHUSIUS.*

413

© Herzog Anton Ulrich-Museum Braunschweig

Niedersächsisches Ministerium für Wissenschaft und Kultur

© HAUM, Foto: U.Mangholz, 02/2018 (CC BY-NC-ND 4.0) - http://kk.haum-bs.de/?id=bloteling-a-v2-0413